

150

1038

Cat



IESVS, MARIA, IOSEPH.

P R O

SYNDICO CIVITATIS

BARCINONÆ.

CONTRA

IOSEPHVM CABRERA

MERCATOREM CIVEM BARCIN.



*Relatore Magnifico Iosepho Balaguer Regio Consiliario, tertieque Aula Doctore.*

In Actis Congost Not.

**V**Nicum tantum discutiendum venit dubium nimirum an exceptio inevocabilitatis presentis causae opposita per Syndicum presentis Civitatis habeat locum, nec ne?



**I**T anteaquam ad huius dubij resolutionem accedamus operę pretium esse duximus premittere, ex meritis processus constare, Iosephum Cabrera Mercatorem die 30. Novembris 1674. fuisse sorte extractum Consiliarium in ordine quartum presentis Civitatis in Consilio centum virali dicto die celebrato, in quo fuit dictus inhabilis ad dignitatem Consularem obtinendam, ex quo reperiebatur aestimator Capitanię Generalis, & sic Regius

A                      Officia

Officialis, & vti talis fuit à dicto Consilio declaratus inhabilis, qui sentiens se gravatū à dicta declaratione appellavit, seu recursum interposuit ad Consilium ordinarium dictæ Civitatis per quod præcedente voto alterius ex ordinarijs Advocatis Civitatis fuit in dicta causa recursus, & appellationis, confirmata inhabilitatis declaratio facta per dictum Consilium centū virale, à qua declaratione dictus Cabrera iterum recursum, & appellationem ad tertiam Aulam Regiæ Audientiæ interposuit, fuitque dicta appellationis causa commissa Magnifico Iosepho Balaguer V. I. & dictæ R. A. D.

2 Quibus sic in factis præmissis, non renuemus affirmare imò strenuè defendere, dictam exceptionem in evocabilitatis oppositam per Syndicum præsentis Civitatis in hac causa locum sibi vindicare appellationemque, & recursum prædictum neutiquam admitti potuisse in R. A. ita literaliter disponentibus Regijs Privilegijs dictæ Civitati concessis, & alijs.

3 In primis enim Magnus Regens Hieronymus Albanell in interpretatione per ipsum facta super privilegio regiminis Civitatis Barcinonæ concessio per Serenissimum Regem Ferdinandum 13. Decembris 1498. præcedente commissione suæ celsitudinis (quæ interpretatio in domo Civitatis vim Regij Privilegij habet, *Xammar de privileg. Civit. Barcin. §. 23. nu. 1.* qui allegat Ramon *conf. 64. num. 14.*) disposuit, quod quotiescumque facta fuerit extractio alicuius officij in Consilio centū virali, legatur albaranum extracti clara, & alta voce taliter, quod ab omnibus dicti Consilij audiri valeat. & si extractus dictus fuerit inhabilis, iudicari habeatur per Cōsiliarios, & maiorem partem Consilij in quo extractus fuerit, illo audito si præsens fuerit, aut expectato si ita visum fuerit dicto Consilio, & casu quo videretur dictis Consiliarijs, & Consilio, non posse declarari illa hora, dicto casu non procedatur ad extractionem alterius in eius locum, donec prædictos Consiliarios, & Consilium declaretur talem extractum esse inhabilem, & quando fuerit declaratus inhabilis extrahatur alius in locum ipsius quamvis transactus fuerit dies dedicatus per privilegia ad dictam extractionem faciendam dicti officij, & quod dicta se-  
cunda

cunda extractio, & alia si forsan faciendę erant pro dicta ratione, & extractus non acceptaret, aut alias, possint fieri in Consilio ordinario licet prima facta fuisset, & per privilegium fieri deberet in Consilio centum virali. Atverò si ille qui fuerit declaratus inhabilis non erit auditus, & pretenderit esse habilem, possit recurrere ad Consiliarios, qui intra sex teneantur convocare Consilium ordinarium, & audito illo qui dicit se ægrotum, & habito consilio Advocatorum dictę Civitatis declarari habeat per dictos Consiliarios, & Consilium, super dicta inhabilitate; sicque pro casu aliquo à declaratione dictę inhabilitatis recurri nequeat ad Locumtenentem Generalem, nec ad alium quemcunque officialem suę celsitudinis.

4 Deindę Catholicus Rex Ferdinandus suo R. Privilegio dat. in Villa Sanctę Marię de Campo 4. Septembris 1506. confirmando aliud Regium Privilegium per dictum Serenissimũ Regem concessum tribuit dictę Civitati omnimodam iurisdictionem, & cognitionem quęstionum, & causarum insurgentium super extractionibus officiorum dictę Civitatis iniungendo Excellentissimo Locumtenenti, Regenti Regiam Cancellariam, & Magnificis DD. Regię Audientię sub pœna mille florenorum auri à bonis contrahentium exigendorum quatenus de causis recursuum, & appellationũ motis, seu movendis super extractionibus officiorum ipsius Civitatis non se intromitterent pro qualibet causa, ratione, colore, & qualitate contra formam dicti privilegij.

5 Ex quibus privilegijs, & præcipuę ex dicta interpretatione dicti Magnifici Regentis Albanell clarę depromitur datam fuisse formam, quod quotiescunque aliquis fuerit extractus in aliquo officio Civitatis in Consilio centum virali, & fuerit dictus, & declaratus inhabilis per dictum Consilium centum virale, & dictus declaratus inhabilis pretenderit esse habilem, posset recurrere ad Consiliarios, & Consilium ordinarium; & si in dicto Consilio ordinario itidem fuerit declaratus inhabilis à tali secunda declaratione, & prima appellatione, non posse recurri ad Locumtenentem Generalem, nec ad alium quemcunque officialem suę celsitudinis.

6 Ex præchalendato privilegio Regis Ferdinandi dato in Villa del Campo etiã depromitur, quod cum Civitas Barcin. experiretur aliquos abusus dictę interpretationis Magnifici Regentis Albanell, qua non obstante, admittebantur causę recursum, & appellationem in R. A. à declarationibus factis super extractionibus officiorum dictę Civitatis, cum ex dicta declaratione non erat licitum recurrere, nec appellare ad alios officiales nisi ad personam suę Magestatis, ipsam Civitatem supplicasse dicto Catholico Regi Ferdinando, quatenus dignaretur providere, & iubere, quod dictum privilegium observaretur dictę Civitati, & non permittere vti recursum, & appellationibus ad dictam Regiam Audientiam contra formam ipsius; dictumq; Catholicum Regem Ferdinandum annuendo supplicatis ex parte Civitatis prohibuisse Locumtenenti Generali, & R. Aud. ne se intromitterent de cognitione dictarum causarum recursum, & appellationum motarum, seu movendarum super extractionibus dictorum officiorum pro qualibet causa, colore, seu qualitate contra formam dicti privilegij, cum vellet dictum privilegium observandum fore absque nulla derogatione.

7 Vnde cum dictus Cabrera declaratus fuerit inhabilis in Consilio centum virali ad obtinendum officium Consiliarij in ordine quarto, in quo fuit forte extractus, & ab ista declaratione inhabilitatis, recursum, & appellationem ad Consiliarios, & Consilium ordinarium dictę Civitatis, & in causa dicti recursum, & appellationis fuerit per dictum Consilium ordinarium iterum declaratus inhabilis confirmando declarationem factam dictę inhabilitatis per dictum Consilium centum virale; sequitur manifestè casum nostrum litteraliter, & expressè comprehensum esse sub dictis dispositionibus, & concessionibus factis dictę Civitati per dictum Magnificum Regentem Albanell cum dicta sua interpretatione, & per dictum Serenissimum dominum Regem Ferdinandum cum dicto suo Regio Privilegio 4. Septemb. 1506. ac per consequens a declaratione inhabilitatis dicti Cabrera facta in dicto Consilio ordinario non potuit recurri, nec appellari ad dictam R.

Audientiam, nec dicta Regia Audientia cognoscere de dicta causa.

8 Corroborantur prædicta ex Regia Provisione, facto verbo facta per Magnificum Ludovicum Ferrer V.I & Regiæ Audientix, tertieque Aule D. die prima Septembris 1662. in causa Gabrielis Mora Aromatarij ex vna, & Syndici Civitatis Barcinonæ ex altera, Not. Bas, in qua expresso motivo dicitur, extractum in officijs præsentis Civitatis, & eo inaudito, suffocatum per Consiliarios, & Consilium centum virale dictæ Civitatis, posse si prætendent esse habilem recurrere ad Consiliarios, & Consilium ordinarium dictæ Civitatis, & non posse pro casu aliquo ex declaratione dictæ inhabilitatis recurrere ad Locumtenentem Generalem, nec alium quemcunque officialem suæ celsitudinis ex interpretatione dicti Magnifici Regentis Albanell, quæ provisio quamvis facta fuerit in diverso casu nimirum quando suffocatus, & inhabilis declaratus in Consilio centum virali omissio Consilio ordinario recursum interposuit ad Regiam Audientiam; in nostro verò casu inhabilis declaratus in Consilio centum virali recursum interposuit ad Consiliarios, & Consilium ordinarium, & à declaratione facta in Consilio ordinario confirmatoria primæ Consilij centum viralis. Iterum appellavit, & recursum interposuit ad R. A. tamen iuxta dictum motivum provisionis factæ per dictum Magnificum Ludovicum Ferrer facto verbo, tam in vno, quam in alio casu interdicitur recursus, & appellatio ad Excellentissimum Locumtenentem Generalem, & R. A. litterali dispositione interpretationis dicti Magnifici Regentis Albanell, cū in dicto motivo casus noster expressè contineatur.

9 Nec officit, si dicatur nos versari in secundis appellationibus, quæ tanquam comprehensæ in supremis regalijis minime censentur abdicatæ a domino Rege in suis concessionibus, nec concessæ nisi expresse fuerit dictum. Fontanell. 1. tom. de pactis claus. 4. glos. 14. nu. 8. & tom. 2. decis. decis. 316. num. 14. & decis. 463. num. 11. & alij per eum dictis in locis allegati.

*2. a appellatio nunquam censet prohibita*

10 Quia respondetur, quod in, & cum dicto privilegio Serenissimi domini Regis Ferdinadi dat. in Villa Sanctæ Mariæ

riæ

ria del Campo 4. Septembris 1506. verba prohibitionis recursum, & appellationum causarum motarum, seu movendarum super extractionibus officiorum presentis Civitatis diriguntur ad Excellentissimū Locumtenentem Generalem, & ad Magnificos DD. Regiæ Audientiæ, & alios quoscunque Regios Officiales, ibi: *No entremetau, neus entremetau de coneixer de causas algunas de recursos mogudes, y movedores sobre extractions de dits officis per qualsevol causa, ò rabo, color, è qualitat contra la forma de dit Privilegi.* Quando autem verba alicuius legis, vel statuti diriguntur ad Iudicem abnegando potestatem faciēdi actum, ut si dicat *Index non possit*, tunc actus cōtrarius est ipso iure nullus, quia iurisdictio, aut tollitur, aut suspenditur, ex quo negatur potestas, ita dominus Regens Leo ex sentētia Felini in cap. *Pastoralis* num. 30. tenet tom. 2. decis. 165. num. 6.

11 Vnde cum per illa verba, *no entremetau, neus entremetau* dicti privilegij Serenissimi domini Regis Ferdinandi abdicata fuerit potestas Excelentissimo Dño Locumtenenti, & Magnificis DD. R. A. cognoscendi de nullis causis quorumcunq; recursum, & appellationum motis, seu movendis super extractionibus officiorum dictæ Civitatis, sequitur in, & cū dicto Regio Privilegio abdicatas, & prohibitas fuisse dicto Excellentissimo Locumtenenti, & Regiæ Audientiæ quascunq; appellationes, & per consequens etiam secundas, cum dicta prohibitio, & abdicatio sit vniuersalis causarum omnium recursum, & appellationum extractionum officiorum dictæ Civitatis ex vulgari Brucardico, qui totum dicit nihil excludit. Burgos de Paz *cons.* 25. num. 28. Menoch. 156. num. 23. Surdus *decis.* 265. num. 30. Caldes Pereyra *de emp. cap.* 9. num. 5. Escobar *de ratiocin. cap.* 7. num. 47. & *cap.* 18. num. 3. imò iuxta dictam sententiam Felini relata à domino Regente Leo *d. decis.* 165. num. 6. quevis declaratio forsan faciēda in R. A. in presenti causa recursum, & appellationis quamvis secundæ, esset ipso iure nulla ex defectu potestatis dicti Excellentissimi Locumtenentis, & Magnificorum DD. R. A.

12 Cōfirmantur prædicta, quia licet regularitèr Princeps non possit à se abdicare supremas regalias, illas nimirum quæ

Qui  
tom. 2. dicitur  
excludi

que infixe sunt ipsius coronæ, nisi Regiæ sedi renuatiet, Oliba de iure Fisci cap. 3. num. 40. & cap. 14. num. 114. Fontanell. tom. 2. decis. 390. num. 2. tamen in casu particulari bene potest à se abdicare dictas regalías, pro vt ita decisum refert in Regia Audientia dictus Oliba dict. cap. 3. num. 4. & cap. 6. num. 14. quibus in locis dictus Oliba nimirum cap. 3. num. 40. & cap. 6. n. 14. adducit exempla in privilegijs concessis Civitati Barcinonæ, & Generali Cathalonie, & Collegio monetariorum, & præter prædicta exempla alia adducit Nobilis Senator D. Michael à Cortiada decis. 31. num. 5. nimirum in causis Regij Patrimonij, in causis computorum, & rationum rerum patrimonialium, & in causis exactionum iurium, & impositionum Civitatis Barcinonæ, in quibus regalía recursuum, & appellationum abdicantur a Principe, idem tenet Fontanell. circa privilegia concessa Generali Cathalonie decis. 563. num. 20. & decis. 565. nu. 25. vbi referendo Olibam in d. cap. 3. nu. 40. sic ait, ibi: quia Serenissimi Reges nostri pro sua clementia, & benignitate dignati fuere concedere in hijs rebus, & in omnibus tangentibus Generale Cathalonie totam Deputatis iurisdictionem abdicando sibi eam, ita vt non recurratur in aliquo casu ad dominum Regem, sed in illo consistorio omnia tractantur, & omnia finiuntur, pro vt est apud nos plusquam notum.

*Appellatio non  
datur a Deputatis  
non ad aliam  
tribunal*

13 Cumque supra dicti nostri DD. practici Fontanell. & Oliba, & Nobilis à Cortiada dictis in locis loqui non possint circa privilegia Generali Cathalonie concessa, nisi de capitulis Curiarum celebratarum per Serenissimum D. Regem Petrum Tertium Montissoni anni 1376. & præcipuè de capitulo 3. incipiente: Item si alguns dubtes, &c. & de constit. 3. tit. de offici de Deputats, y Oydors, quam refert dictus Nob. de Cortiada d. decis. 31. nu. 5. & in dicto cap. 3. dictarum Curiarum, & constit. 3. tit. de offici de Deputats, y Oydors, prohibitio Excellentissimi Locumtenentis Generalis, & R. A. cognoscendi de causis rerum pertinentium ad iura Generalitatis, solummodo eliciatur per illa verba in dicto capitulo 3. ibi: ne las audiencias, ò cancellers vostres, ò seus, ne Governadors, ne altres officials vostres vos puxats entre metre, &c. & in dicta constit. 3. ibi: nous pugau, nes pugan, nes degan entremetre contra algu que agues come sa fran en las ditas Generalitats,

ubi eundem ratio pri-  
litatis delinq. et  
tendum

ni impositionis. Sequitur quod cum per eadem verba, no entremetau, neus entremetau, dicto cum privilegio Serenissimi Domini Regis Ferdinandi 4. Septembris 1506. sit abdicata potestas dicto Excellentissimo Locumtenenti, & Regiæ Audientiæ cognoscendi de causis quorumcunq; recursuum, & appellationum motis, seu movēdis super extractionibus officiorum præsentis Civitatis cum eadem ratio militet, idem ius statui debet, l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. quidam numularios, ff. de edendo, §. pari ratione quibus modis iur. pat. potest. solvitur Surdus decis. 52. num. 10. Trenta-  
finquius variar. lib. 1. tit. de statutis resolut. 1. sub num. 2. §. 1. & ita sicuti causæ Generalitatis tractantur, & finiuntur in consistorio Deputatorum secluso omni recurso, & appellatione ad Excellentissimum Locumtenentem Generalem, & R. A. sic similiter causæ motæ, seu movendæ super extractionibus officiorū Civitatis tractari debent, & finiiri coram Consiliarijs, & Consilijs centum virali, & ordinario respectivè prohibito omninò omni recurso, & appellatione ad dictum Excellentissimum Locumtenentem, & R. A.

14 Sed cur tantisque in hijs inmoramur, quando expresse, & litteraliter in, & cum dicta interpretatione Magnifici Regentis Albanell prohibiti inveniantur recursus secundi, & secundæ apellationes causarum motarum, seu movendarum super extractionibus officiorum dictæ Civitatis præmaxime (pro vt in nostro casu) quando extractus in Consilio centum virali fuerit dictus, & declaratus inhabilis, & in causarekursus fuerit iterum declaratus inhabilis per Consilium ordinarium; disponitur enim in, & cum dicta interpretatione Magnifici Regentis Albanell (quæ vt dictum est vim privilegij habet) quod si extractus in aliquo officio in Consilio centum virali fuerit per dictum Consilium dictus, & declaratus inhabilis possit si non fuerit audiuis, vel aliàs sentiens se gravatū recurrere ad Consiliarios, & Consilium ordinarium dictæ Civitatis, & si fuerit iterum declaratus inhabilis per dictum Consilium ordinarium, à dicta declaratione inhabilitatis facta in secunda instantia per dictum Consilium ordinarium, nō posset pro casu aliquo amplius recurri ad Excellentissimum Locumtenentem

tem



tem, nec alium quemcunque officialem suæ celsitudinis, ac per consequens cum prohibeatur recursus, & appellatio à declaratione inhabilitatis facta in dicto Consilio ordinario confirmatoria declarationis eiusdem inhabilitatis factæ in Consilio centum virali; absque dubio prohibentur expressæ secundæ appellationes, cum declaratio facta in dicto Consilio ordinario fuerit in causa recursus, & primæ appellationis.

15 Ratio autem ob quam sua Magestas dignata fuit annuere supplicatis pro parte Civitatis, in, & cum dictis Regijs Privilegijs, quibus prohibuit in nostro casu secundam appellationem à declaratione inhabilitatis factæ in Consilio ordinario confirmatoriam factam in Consilio centum virali, est sine dubio, ad lites abbreviandas cum id exposcat materia subiecta, nimirum extractionum officialium dictæ Civitatis, sine quibus nequaquam potest Civitas regi, & gubernari, & non potest per multum temporis spatium, sine eis permanere ob occurrentiam diversorum negotiorum, quæ maximam celeritatem desiderant, cum in eis mora sit grave præiudicium allatura, & in his casibus appellatio omnino rejicitur, ut ad propositum loquendo de extractionibus officiorum præsentis Civitatis, tenet Ramo cõf. 64. n. 8. omnino vident. ex quibus inferitur, quod cum ex natura negotij sit appellatio prohibita pro casu aliquo absque dubio potest D. Rex appellationes per privilegium prohibere. Canc. var. p. 3. c. 18. num. 144. & 145. ubi ex Oliba de actio. par. 1. lib. 3. §. in bona nu. 10. refert decisum per Senatum, validum privilegium Consulatus Logiæ maris, ut à sententia lata in prima instantia in dicto Consulatu, sive sit confirmatorie primæ, sive revocatoria, non appelletur, & secundum ipsum esse sæpius pronuntiatum.

16 Nec supradictis officit, si dicatur in fine dicti capituli dictæ interpretationis dicti Magnifici Regentis Albanell reperiri hæc verba, ibi: *Salvo que si al Rey nostre Senyor era vist esser mal declarat per dits Consellers, è Consell, puga sa Magestat provehir lo que a quell serà vist deures provehir;* & ex ipsis verbis inferri voluisset, regalias secundarum appellationum etiam in casu in quo versamur, reservatas fuisse suæ Magestati, & sic cognitionem earum pertinere etiam ad Excellentissimum Locumtenentem, & Regiam

B giam

ML

giam Audientiam, cum per dicta verba expresse reservata fuit cognitio dictarum causarum suæ Magestati in casibus in quibus ei visum fuerit male fuisse declaratum per dictos Consiliarios, & Consilium quamvis declaratio inhabilitatis fuerit facta in causa primæ appellationis in Consilio ordinario confirmatoria declarationis inhabilitatis factæ in Consilio centum virali.

17 Quia responderetur multipliciter; primo, quia omni in casu negari non potest reservationem prædictam personalissimam esse suæ Magestati, vt literaliter est videre in verbis dictæ clausulæ reservationis, ibi: *que si al Rey nostre Senyor, & ibi: paga sa Magestat, &c.* & etiam ex dicto privilegio Regis Ferdinandi, dat. in Villa Sanctæ Mariæ de Campo 4. Septembris 1506. ibi: *Estiga provehit, y ordenat, que qualsevol diferencia, ò questio que insurgiria per causa de la extractio dels officis de la dita Ciutat, aquella se haja de veurer, è determinar en certa forma per los Consellers, è Consell ordinari de la dita Ciutat, del judici, y determinacio dels quals nos paga apellar, ne haver recors a altres officials, sino tant solament a nostre Real persona, &c.*

18 Et quod dicta reservatio sit personalissima absque dubio procedit si attendatur expresse, & literaliter, in, & cum dicto capitulo interpretationis dicti Magnifici Regentis Albanell in nostro casu prohibitas reperiri secundas appellationes prohibitamque fuisse potestatem de eis cognoscendi Excellentissimo Locumtenenti, & R. A. & per consequens cum cognitio illarum sit abnegata dicto Excellentissimo Locumtenenti, & R. A. necessario dicendum venit reservationem prædictam personalissimam fore suæ Magestati, quando autem facultas, vel reservatio est personalissima suæ Magestati, non potest Excellentissimus Locumtenens, & Regia Audientia cognoscere de dubijs, & quæstionibus sicitatis super dicta facultate, & reservatione sine speciali commissione suæ Magestatis, & non aliter, punctim, & bene ad propositum. Suelves cum multis conf. 3. tom. 2. num. 13. vers. *Et potest, ibi: Et potest esse argumentum ad hoc an Rex absque causa, & illius cognitione positus inbursis officiorum villarum extrahere quod alij viderint*

viderint illud certum imbutos à Rege non posse Proregem extrahere,  
 vide Molin. verb. Adjunct. vers. Adjunctos duos fol. 21. & verbo evocatio,  
 vers. Vocatio Regiæ Cancellariæ fol. 120. col. 1. vbi Portul. num. 17. Par  
 ad. lib. 2. rer. quotidiana. cap. 1. num. 13. & 8. quia quæ cohereret personæ  
 Principis, & personalissima sunt sine speciali commissione illius nõ egre  
 diuntur personam fermiento, lib. 1. select. cap. 3. num. 5. Padilla in l. si quis  
 maior 51. de transactionibus d. Covarrubias de pacto num. 6. p. relect. f.  
 5. num. 6.

19 In tantum enim per dictam interpretationem Mag  
 nifici Regentis Albanell in casu in quo versamur sunt prohibi  
 tæ secundæ appellationes Locumtenenti Generali, & R. A.  
 imò quod plus est, nec vigore dictæ reservationis personalissi  
 mæ suæ Magestati, potest sua Magestas (salva sua Regia cle  
 mentia) de dictis causis cognoscere per viam recursus, & ap  
 pellationis, & sic in forma iudicij saltem si de eis vellet cognos  
 cere extra Principatum Cathalonix, ita expresse disponderet  
 constit. clarificant 114. tit. de jurisdic. de tots jutges, facta in Curijs  
 celebratis Barcin. per Serenissimum D. Regem Ferdinandum  
 anno 1481. vbi expresse legitur, causas civiles, criminales, vel  
 mixtas, tam principales, quam appellationis nullatenus posse  
 extrahi, evocari, cognosci, nec determinari extra præsentem  
 Principatum, quam constit. ad propositum allegant practici  
 nostri Ferrer 3. par. obser. cap. 471. Peguera decis. criminal. cap. 18.  
 Cancer 2. par. variar. cap. 2. num. 232.

20 Secundo, quia cum dicto capitulo interpretationis  
 Magnifici Regentis Albanell disponitur, quod pro casu aliquo  
 à declaratione inhabilitatis facta in secunda instantia, per Con  
 siliium ordinarium confirmatoria declarationis inhabilitatis fa  
 ctæ in Consilio centum virali; iterum recurri nequeat ad Ex  
 cellentissimum Locumtenentem, & Regiam Audientiam, so  
 lummodoque excipitur casus, quando suæ Magestati visum fue  
 rit esse male declaratum, cuius cognitio sibi, vt dictum est re  
 servavit sua Magestas, ac per consequens, excepto huiusmo  
 di casu male declarationis, in omnibus alijs interdicta remanet  
 cognitio dicto Excellentissimo Locumtenenti, & Regiæ Au  
 dientiæ ex cõmuni Procardico: quod casus exceptus firmat re

21  
gulam in contrarium, l. nam quod liquida 4. §. final. ff. de pœna lega-  
ta, Menoch. de arbitrarijs lib. 1. quest. 30. nu. 4. Velazquez consult.  
45. num. 1. in fine. Stephanus Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 52. 2.  
num. 33.

21 Tercio, quia licet dāremus reservationem prædictam  
personalissimam non fore suæ Magestati, imò absque commis-  
sione dictæ suæ Magestatis, posse dictum Excellentissimū Lo-  
cumtenentem, & Regiam Audientiam de ea cognoscere (quod  
negatur ex rationibus, & iuribus supra ponderatis) nō per hoc  
in occurrenti casu dici potest, habere locum secundum recur-  
sum, & secundam appellationem; nam casus reservatus tan-  
tummodo est quotiescunque fuerit malè declaratum, & cum  
ex mente processus plene, & concludentèr appareat exceptio-  
nem inhabilitatis oppositam dicto Cabrera, & declaratam in  
Consilio centum virali, & confirmatam per Consilium ordi-  
narium dictæ Civitatis esse legitimè iustificatam, ex quo ap-  
paruit tempore quo fuit opposita, dictum Cabrera obtinuisse  
officiū estimatoris Capitaniæ Generalis, & sic tanquam Of-  
ficialem Regium, iuxta privilegia Civitati concessa, esse tota-  
liter exclusum ad obtinenda officia Civitatis; sequitur mani-  
festè casum nostrum non comprehendi sub dicta reservatione.

22 Quarto, quia licet dāremus cognitionem prædictam  
malæ declarationis, in occurrenti casu posse spectare ad dictum  
Excellentissimum Locumtenentem, & R. A. & sic non fuisse  
personalissimam (quod negatur) atverò cum dicta cognitio  
esset cum illa qualitate, si visum fuerit esse malè declaratum, prius,  
& antequam procedatur ad declarationem causæ principalis  
præscrutari, & examinari debetur an fuerit malè, vel benè decla-  
ratum per Consilium centum virale, & ordinarium dictæ Ci-  
vitatatis respectivè, cum qualitas proveniens ex statuto debeat  
prius probari ab illo, qui in dicto statuto se fundat, Bossius trac.  
var. tit. de capturanu. 45. & 46. imò deficiente dicta qualitate, de-  
ficit etiam ipsa dispositio, glos. in l. mancipia verbo avocandum, C. de  
servis fugitivis, Pacianus de probat. lib. 2. cap. 14. num. 8. Camillus  
Galin. lib. 4. de verb. sig. cap. 9. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 6.  
quest. 15. num. 47. Marius Anton. variar. lib. 1. resolut. 82. num. 1.

in

in tantum, vt dicit Oliba *de iure fisci cap. 14. num. 114.* in casum recursus, & appellationis per viam oppressionis quando prohibita, sunt via ordinaria appellationes, quod debet procedere informatio abusus, & oppressionis parte audita, ante inhibitionem, & evocationem, & quod sic practicatur, ibi: Quandoque tamen, & in casibus particularibus dominus Rex hanc potestatem a se abdicavit per contractum, per privilegium, & per legem pactonatum, sed in vniversum non potest, Mieres in Curia Alphonsi IV. cap. 2. Les causes, vers. Sed nunc quid ex privilegio potest concedere collat. 11. & alibi iam tetigi. Sed, & hoc casu ab abuso notorio, & scandaloso recursus esset ad Principem, Rebuff. in tractat. de appellat. tanquam ab abusu; sed debet procedere informatio abusus, parte audita ante inhibitionem, & evocationem, & sic practicatur, fit enim provisio ad dicendum cur supplicata fieri non debeant.

23 Ex supradictis clarè inferitur, quod si apparuerit, nō fuisse in nostro casu malè declaratum, per Consiliū centum virale, & ordinarium dictæ Civitatis, pro vt non fuisse malè declaratum constat ex meritis processus, deberet dicta causa restitui dictæ Civitati, absque eo quod procedatur ad vltiora in causa principali.

24 Et in nostris ferè terminis ita tenet Fontanell. tom. 2. decis. 390. num. 6. & 18. cum sequentibus, vbi num. 6. ex Michaele Ferrer l. par. obser. cap. 14. ex num. 2. dicit, quod licet Alcaldi, & Monetarij habeant privilegium ne eorum causæ aliquo prætextu evocentur ad Principem in prima instantia, id tamen nō habebit locum, vbi aliqua negligentia, vel aliqua oppressio in illis iudicibus comperiretur, tunc intrat suprema Principis Regalia, & potestas de subveniendo oppressis. Et num. 18. & 19. notat, quod officialis condemnatus in tabula, & syndicatu non potest ex constit. 4. & 7. tit. de officio lud. Tab. nisi semel appellare, idque ad certos Iudices per constitut. assignatos, quo casu si prima sententia confirmatur, idem iudicatur, & iudicari debet de istis duabus, quod iudicatur de tribus sententijs per Iudices inferiores latas, à quibus nullus datur recursus ad Senatum nisi constet de oppressionem, aut aliqua vexatione, quo casu, & non aliàs intrat regalia, & suprema Principis potestas, quibus,

& alijs suppositis nu. 20. & 21. refert casum, quod quidam officialis fuit bis condemnatus per Syndicatores, nempe in prima instantia, & per Iudicem causarum appellationum in secunda qui sentiens se multum gravatū per dictos Iudices ab vltima sententia recurrit ad Senatum introducendo (vt facilius admitteretur) causam nullitatis resultantis ex notoria iniustitia sententiarum, quam dicebat colligi clare, & in promptu ex inspectione earundem sententiarum, & ex processu quas, & quem presentabat. Sed opposita per partem exceptione in vim dictarum constitut. 4. & 7. de officio Iudicis tabula, necessarium, & opportunum fuit executare ex proposito motiva, ob quę causa in Senatu retineri posset, & ostensis per recurrentem sententijs ipsis, & processu ex quibus dicebat resultare notoriā iniustitiā dictarum sententiarum, visum fuit Senatui id sufficere, & ita fuit provisum 7. Februarij 1614. referente Egregio Senatore Francisco Bonet. Et in fine dicti num. 21. advertit dictus Fontanella hunc esse bonum modum exercendi regaliā oppressionis, & non velle audire partem ex eo solum, quod condemnata fuit bis, aut ter per ordinarios, potest enim fieri iuste fuisse condemnatam, & ita est presumendum, & propterea non intrabit, nec intrare debet regalia.

25. Et licet in supradicto casu causa fuerit admessa in Senatu, fuit ex eo quod constitit de notoria iniustitia sententiarū, a quibus fuit recursum, & appellatum ad R. A. quamvis ita expresse non fuisset dictum in provisione, sed solum hoc motivo: *exceptionibus oppositis locum non fore, nec esse, quia altiorem requirebant indaginem, de quibus indefinitiva haberetur debita ratio*, pro vt testatur Fontanell. vbi proximè nu. 22. laudando Senatus prudentiam in hoc modo iudicandi, in hijs casibus apponendo dictum motivum, & non notorię iniustitię, quamvis de ea appareret, quia iam non erat quod declararetur in definitiva; cum eius merita essent per id pandita.

26. Ex supradictis, & ponderatis à Fontanella vbi supra evidentè apparet, quod si in dicto casu per eum relato, Senatus non novisset malè declaratum per Iudices tabulę assignatos per constitutiones, nullamque adfuisse oppressionem, & notoriam

1552

toriam iniustitiam nullatenus dictam causam retinisset, idem Fontanell. *decis. 26. num. 32. ibi: Quibus non obstantibus placuit Senatus non admittere causam nullitatis cur ita? ludico quia visum fuit non allegari talem nullitatem, quæ posset subsistere, & iuris effectum habere.* Vnde cum in nostro casu, facta supradicta præscrutatione, & examinatione meritorum declarationis inhabilitatis factæ in Consilio centum virali, & confirmationis illius factæ in Consilio ordinario, appareat manifeste non fuisse malè declaratam exceptionem dictæ inhabilitatis, nec ullam oppressionem, & notoriam iniustitiam fuisse factam dicto Cabrera, per dicta Consilia centum viralia, & ordinarium respectivè, nec dictas declarationes aliquam nullitatem pati; sequitur recursum, & appellationem interpositam per dictum Cabrera à declaratione inhabilitatis factæ in Consilio ordinario confirmatoria declarationis inhabilitatis factæ in Consilio centum virali neutiquam locum sibi vindicare.

27 Verum enim est, quod vigore constit. 31. incipiens *Per quant eadem tit. de officio Iud. Tabulæ*, si sententia Iudicis appellationis in causa syndicatus sit revocatoria primæ factæ per Iudices Tabulæ, potest recursum interponi ad R. A. licet expresse in dicta constit. non exprimatur, & videatur esse casum omissum, ut tenet Cancer *var. par. 3. cap. 12. nu. 183.* Ceterum quando in alio casu nimirum quando secunda est confirmatoria primæ, ex dictis constit. 4. & 7. eodem titulo, tenet idem Cancer *d. cap. 12. num. 181. & 182.* nullatenus à dicta secunda declaratione posse recurri, nec appellari ad R. A. vnde cum nos versemur non in primo casu, quando sententia secunda est revocatoria primæ, sed in secundo, quando scilicet; secunda est confirmatoria primæ clarè elicitur, quod cum eiusdem prohibitionis ratio militet in casu dictarum constit. 4. 7. & 31. *de officio Iud. Tabulæ*, quæ militat in casu nostro vigore dictæ interpretationis dicti Regentis Albanell, & privilegij dicti Serenissimi Regis Ferdinandi 4. Septembriis 1506. non potuisse præsentem causam ad Regiam Audientiam evocari, nec in ea admitti, ex quo declaratio inhabilitatis facta in Consilio ordinario est confirmatoria primæ factæ in Consilio centum virali, & non revocatoria.

Supra.

Clavarius  
Civitatis Barcin.  
qua Quisq[ue]  
hinc habeat

28. Supradicta omnia hucusque dicta maximum robur & corroboracionem accipiunt ex alio capitulo eiusdemmet interpretationis Magnifici Regentis Albanell, super iurisdictione Clavarij Civitatis Barcin. in quo expresse disponitur cognitionem officialium Civitatis circa fraudes per eos commissas in eorum respectivè officijs, spectare ad Clavarium, talitèr quod ultra alias pœnas in quibus incurrerent removèdi sint ab eorum officijs perpetuis, vel temporalibus, & extrahendi sint alij in locum eorum, quæ cognitio facienda est verbo per dictum Clavarium auditis dictis officialibus, & sine scriptura, sed præcedente informatione fraudum commissarum quam possit dictus Clavarius in scriptis redigere, & quod declaratio dicti Clavarij redigatur etiam in scriptis, per Scribam domus dictæ Civitatis, à qua declaratione recurri possit ad Consiliarios, qui intra sex cum consilio Advocatorum dictæ Civitatis declarari habeant, quod iustitiæ fuerit, & quod standum sit dictæ declarationi absque alio recurso, quærela, nec appellatione ad dominum nostrum Regem, nec ad suos officiales.

29. Ex dicto capitulo dictæ interpretationis dicti Magnifici Regentis Albanell literalitèr colligitur Clavarium dictæ Civitatis iurisdictionem habere circa excessus, & fraudes commissas per officiales dictæ Civitatis, posseque dictum Clavarium declarare super dictis excessibus, & fraudibus removendo dictos officiales ab eorum officijs, & alios in locum eorū extrahendos, & quod à sua declaratione recurri possit, & appellari ad Consiliarios dictæ Civitatis, prohibitamque esse secundam appellationem, à dicta declaratione facta per dictos Consiliarios, cum consilio suorum Advocatorum Excellentissimo Locumtenenti, & alijs officialibus suæ Magestatis ad instar alterius capituli superius mentionati eiusdem interpretationis dicti Magnifici Regentis Albanell super extractionibus officialium Civitatis, nec enim est præsumendum dictum Magnificum Regentem Albanell in, & cum dicto capitulo maiorem voluisse tribuere facultatem, & iurisdictionem Clavario Civitatis super excessibus, & fraudibus commissis per officiales illius, quam tribuit Consiliarijs, & Consilij Generali,

& or



& ordinario ipsius Civitatis circa extractionem officialium illius, & dependentium, & emergentium illius, tam ratione præhæminentie dictorum Consiliariorum, & Consiliorum centum viralis, & ordinarij respectivè dictæ Civitatis, quam ratione urgentiæ, & necessitatis officialium dictæ Civitatis supra ponderatæ.

30 Et quod omnem tollit difficultatem est quod ad hoc, vt similes causæ (nimirum quando secundæ appellationes sunt per dominum Regem prohibitæ Excellentissimo Locumtenenti, & R. A. & solum datur recursus ad R. A. in casu oppressionis notoriæ iniustitiæ, & malè declarationis) possint ad R. A. evocari, requiritur quod in supplicatione evocatoria exprimantur in specie, & non in genere causas prætextu oppositionis, notoriæ iniustitiæ, & malè declarationis, provt ex Rot. Rom. decis. 772. n. 5. in 2. to. recen. recollec. per Farin. Peregrin. decis. 128. & Ioan. Fran. del Castillo decis. Sicil. 28. tenet noster Font. decis. 26. nu. 24. & 25. & decis. 285. n. 10. vers. Atq; ita, admonet dictus Font. quod si aliquis vult has causas evocare debet sumere hos prætextus notoriæ iniustitiæ, oppressionis, & malè declarationis, alias non evocabuntur, & non sufficere solum allegationem, sed quod aliquo modo appareat ex prima inspectione alias dicit se vidisse multas causas repulsas, ex quo Senatus non facile credit omni auditu.

31 Vnde cum in nostro casu, in supplicatione evocatoria, nec alias dictus Cabrera non expresserit, nec in genere, nec in specie causas prætextu malè declarationis, oppressionis, nec notoriæ iniustitiæ, dictæ declarationis factæ in Cõsilio ordinario; nec hoc prætextu illam evocare prætenderit, & quod plus est, nec illas causas allegaverit; sed simpliciter absq; aliqua ratione prætextu, & qualitate supplicatione evocatoriam obtulerit vt patet ex dicta supplicatione, sequitur prædictam causam nequaquam ad R. A. evocari posse, nec per dictam R. A. admitti.

32 Ex quibus in favorem huius partis Syndici præsentis Civitatis declarandum esse speratur. Salvo semper, &c.

*Ioffren Advocatus Civitatis.*  
*Molins Advocatus Civitatis Subrog.*

& ordinatio hinc Civitas vicia exaratione officialium illius  
sua & dependentia & emergentium illius & ratione  
prebenentis hinc Civitatis & Constitutio  
centum vicia & ordinatio respectu Civitatis, quam  
ratione vicia & dependentia officialium hinc Civitatis  
prebenentis.

Et quod omnia tollit difficultatem est quod ad hoc  
ut si aliter est (omnino quando secundum appellationes suas  
per dominum Regem prohibet excellentiam locum  
non, & R. A. & si non datur recusat ad R. A. in causa oportet  
fieri notoria iustitia, & male declaratio) potest ad R. A.  
eventus, repetitur quod in supplicacione evocacione ex primis  
est in specie & non in genere casus p[er]tinetis opposicionis no-  
torie iustitie & male declaracionis, pro v[er]o R. A. R. A. &  
ad R. A. in causa v[er]o recollat per R. A. in causa v[er]o &  
R. A. in causa v[er]o, & non notoriam hinc Civitatis  
quod si aliter vult has causas evocare debet hinc Civitatis  
notoria iustitia, & male declaracionis, & male declaracionis  
alias non evocatur, & non salutare totum allegacionem  
sed quod aliter apparet ex prima in questione alia hinc  
si vult aliter causas rep[er]tas ex p[ri]mo hinc Civitatis non facit  
dicit omnia iustitia.

Unde cum in notoria causa, in supplicacione evocacionis  
nec alias dicitur Casus non exp[er]t, nec in genere, nec in  
specie casus p[er]tinetis male declaracionis, & male declaracionis, nec in  
notoria iustitia, dicitur declaracionis facta in Causa ordinacionis  
nec hoc p[er]tinet illa in evocacione p[er]tinet, & quod plus est  
nec illas causas allegavit, sed simpliciter aliter aliter ratione  
p[er]tinet, & quod in supplicacione evocacionis oblatio  
ut patet ex dicta supplicacione, sed quod in causa v[er]o  
dicitur ad R. A. evocari potest per dicitur ad R. A. admittit  
Et quibus in favore hinc Civitatis p[er]tinetis  
Civitas declaracionis esse p[er]tinet. Salvo tempore, &c.

Justitiam Advocatum Civitatis  
Bonifacium Civitatis Civitatis